



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 24. Varvicensis Comes ad reddendum Gratiae portum a Rege sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

§. XXIV.

*Varvicensis Comes ad reddendum  
Gratiæ portum a Rege  
sollicitatus.*

*Thu. l. 35.  
n. 3.*

Postmodum de recuperando Gratiæ Portu, quem Calvinistæ anno prioris Anglis tradiderant, agebatur; id enim inter ceteras pacis conditiones promissum erat: itaque Rex Tubicinem eo misit, qui a Varvicensi Comite hujus oppidi Governatore urbem tradi peteret. Verum Comes respondit, quod mandata Angliæ Regiæ Dominiæ suæ expectare cogeretur, cum hanc urbem ejus nomine tueri, ac contra omnes, qui eam aggredi molirentur, propugnare jussus esset: de reliquo autem se paratum declarabat, quod ipse, omnesque ceteri, qui cum ipso essent, potius vitam prodigere, quam deditionem facere vellent. Accepto hoc responso die sexta Julii bellum Elisabethæ Angliæ Regiæ nuntiabatur.

§. XXV.

*Reveniente Comite urbs a Gallis ob-  
sessa, captaque.*

*Mem. de  
Castell. l. 5.  
c. 2.*

Regina Franciæ Administratrix ambas contendentium partes tanta dexteritate ad concordiam revocabat, atque